

fol. 209^r

Nikolaus von Wachenheim

domini rectoris necnon dominorum doctorum et magistrorum universita-
tis hoc in loco perseverare valeo vel ante recessum meum ab hoc loco eam
non exhibeo. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium rogavi
honorabiles viros magistros Iohannem Ribyszen licenciatum^{k)} in decretis
5 et magistrum Petrum de Kirchperg, ut hanc prefatam litteram eorum mu-
nirent sigillis et nos magistri Iohannes et Petrus prefati ob instantes preces
ipsius Gotzfridi predicti presentem litteram nostrorum sigillorum affixione
munivimus. Datum anno domini m^o cccc^{mo} xlvi^{to} die vero decima mensis
decembris.

10 ^{l)}Nota quod ego rector predictus in feria sexta prescripta in presencia su-
pra per me signatorum deputatorum vel maioris eorundem partis requisivi
Symonem pedellum universitatis et publicum notarium ad conficiendum
michi unum vel plura instrumentum vel instrumenta desuper, videlicet su-
per promissione et iuramento predictis, in casu, quo esset necessarium sive
15 oportunum, in meliori forma.

[1446 Dezember]

[209v] ^{m)}Rectoratus tercius domini Bartholomei de Herkenroye
decretorum doctoris

20 Anno domini m^o cccc^o xlvi in vigilia beati Thome apostoli [20. Dezember]
dominus Bartholomeus de Herkenroye concorditer electus est inⁿ⁾ recto-
rem, in cuius rectoratu acta sunt infrascripta.

^{o)}Anno domini millesimo quadringentesimo quadragésimo septimo vene-
rabilis dominus Nicolaus de Wachenhem sacre theologie professor rector
precedens ^{p)}fecit compotum^{p)} de omnibus per eum in rectoratu suo recep-
25 tis et distributis et singulis ad invicem computatis et compensatis docuit
compotus, quod prefatus dominus doctor mansit universitati obligatus in
xxxi florenis viii solidis denariorum v denariis, de quibus ad statim satisfacit
presentibus ibidem venerabilibus viris magistro Iohanne de Mechlinia,
magistro Iohanne de Riisen doctoribus, magistro Conrado de Gummerin-
30 gen facultatis arcium decano, magistro Rudolfo de Bruxella in theologia
licenciato et bedello predictum compotum approbantibus.

^{k)}-tu- mit Einfügungszeichen über der Z. nachgetr. A ^{l)}Handw., wieder die vorhergehende A
^{m)}Handw. A ⁿ⁾folgt re verschrieben und gestr. A ^{o)}Handw. A ^{p)...}ohne Verweiszeichen im
Text auf dem Rd. nachgetr. A

576